

DEDICATIO.

tis signum. Non enim ullam labo-
ris, quicquid ejus hac in re susce-
perim, sive dignitatem sive magni-
tudinem ipse perspicio, quæ Augu-
sti Nominis Vestri inscriptionem
promereatur. Eò tamen me vel
invitum non una simplici ratione
induci perbene sentio; suadet nam-
que Virorum Celeberr. Henr. Altin-
gii ac Joh. Henr. Suiceri, Opusculi
hujus Auctorum optimè de Literis
meritorum superstes fama, ut nul-
libi Amplissimum Nomen Vestrum
dignius, quam in Laborum à Viris
tantis prosectorum fronte poni posse
credam. Persuadet insuper mihi
Libelli hujus in Schola nostra ab ali-
quot retro annis publicè prælecti
usus, ut Eum ad pedes Vestros, qui
provida Vestra cura Scholæ nostræ
rem sapientissimè promovere soliti
estis, deponam Vestræque Tutelæ
committam. Jubet quin etiam ob-
noxii Vobis animi mei officium, ut
insolens Vestrum adversus me bene-
ficium nunquam non palam gratus
recolam, testatumque faciam, Pro-
vinciæ Historicæ, quam nuper de-
bilibus meis humeris imponere di-